



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindellicorvm, 1607**

S. Ioannes Episcopvs Coloniae In Armenia, postea solitarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

(quod à defunctis nomen habet) solenni ritu faceret, cui ipse interfuit, se iam numerans in mortuis. Inde singulos amicorum conuenit; eosq; Valere iubet, peregre abiturus. Scitantiibus quò tandem iter intenderet, respondet, In calum. At illi iocari hominem cateroquin facetum ac lepidum rebantur. Caterùm posteaquã ille omni asseueratione in calum ire se perseuerabat; agritudinem animi insaniam interpreta- bantur: Utique ubi fama ad eos pertulit, Petrum Vellium, animo solennibus mysterijs rite procurato, relictis inclusum, praestolari mortis aduentum. Ergo domum eius frequentes coeunt, pro se quisq; eam à crisi illa cogitatione abducere conantur. At ille, Sultu gaudium praefrens, satis ostendit, nullam subesse animi agritudinem; & simul Xauerij pradictionem, eiusq; euentum, amicis latibundus exponit. Ad Vltimum de tota re edoctos rogat, ut Petri Vellii mox obituri funus, eodem ipso die prosequantur. Atque ita prorsus euenit. Affecta iam iam atate hominem repentina mors abstulit: eodemq; die funere elatum amici ad templum prosecuti sunt, quã Vellii decessu, quã Xauerij pradictione, attoniti stupentésq;

S. IOANNES EPISCO-  
PVS COLONIAE IN ARME-  
nia, postea solitarius.

QVARTO Imperii anno religiosissimi Imperatoris Marciani, hic diuinus pater in lucem primum Nicopoli Armeniae est editus. Literis sacris eruditus, parentibus vitã functis ex patrimonio pauperibus impertito,

perdito, templum sanctissimæ Dei genitrici condidit, in quo cum denis viris religiosi ipse vitam ab hominum turbis semotam traduxit. Ergo vitæ factimoniâ illius passim celebratâ, Episcopus Colonia ( Armeniæ ) creatur. Administrato verò per nouennium pontificatu, rebusque Ecclesiæ sacris pro arbitrato suo rite compositis, longo maris spacio traiccto, Hierosolyma petit, sacrisque monumētis pia veneratione cultis, in S. Sabæ Lauram se confert, quem Sabas ut ignotum ( sic enim Deo visum ) ad se accedentem in peregrinorū hospitiō, & culinæ operâ, virtutis eius explorandæ causa, occupauit. Vbi autem in utroque loco supra spem & expectatiouem sese gesserat, in cella quadam solitaria quinque iussit diebus absque cibi potionisque vsu consistere: Die sabbati verò & Dominicâ ad sacram communionem voluit adesse, cumque alijs & psallere, & cibum sumere. Quod cum S. Sabas animaduerterec, illum in rebus diuinis, tantos progressus facere, adductum ad sanctissimum Patriarcham Eliam, voluit sacro sacerdotii honore condecorari. Venerandus porro Ioannes: Da, inquit, Domine, vti prius in cognitionem peccatorum meorum, vti decet, venias, deinde

id quod videbitur, facias. Ergo secessu facto, statim vir sanctus se ad pedes Eliæ abiecit, exacto iureiurando, ne quid de ea re euulgaret. Promisit ille, ut qui putaret se facinus aliquod immanē auditorum. Sed ubi audiuit ab eo: Ego Episcopus Coloniae fui: attonitus admirationē Elias ad beatum Sabam conuersus: ne, inquit, huic sacerdotii causā sis molestus: Ioannes enim presbyter nō fiet. Hic olim ex itineris molestiā defectus animo, cum precatus esset, sublimis per aërem raptus sese in sua depositum cella reperit, cum ab ea quinque milia passuum abfuisset. Persæ cum anachoritarum domicilia euertissent, atque ad huius S. quoque ædiculam euertendam adessent, repente, præter omnium expectationem, leo comparuit, qui barbaros persecutus, casam Ioannis incolumem seruauit. Conuenit illum Catholicus quidam, hæretico secum adducto, petiuitque ut ambo- bus benè precaretur. Hic (cum neutrum ante vidisset) tibi quidem (inquit ad Catholicum) ut pio & fidei salutem impertior; huic autem nequaquam, nisi à praua Seueri hæresi desistat. His pius ille & Catholicus auditis, perculsus stupore ob viri sancti occultam rerum cognitionem, Hæreticus

cus

eus autem attonitus, ac repente, velut alius  
 ex alio factus, tandē ad se rediit, viriq; san-  
 cti vestigia complexus, quid sibi faciendum  
 esset, rogauit. Ille à terra leuatum religio-  
 ne vera instituit, iussitque damnatis omni-  
 bus, quibus laborabat, vna cum Seueriana,  
 sectis ad Catholicam accedere Ecclesiam,  
 libereque, vt diximus, eiurare ac damnare  
 cum reliquis sectis omnibus hæresin Seue-  
 rianam, tum ei se benè precaturum, pro  
 eoq; deprecaturum. Fecit ille hæc omnia:  
 Vtrūq; ergo rursus Ioannes salutari com-  
 precatione impertiuit, sanctoq; osculo sa-  
 lutatos domum gratulantes dimisit. Hæc  
 cum ex agnatis fœmina de illo audisset, eius  
 videndi desiderio incensa, mutata veste sta-  
 tuit ad eum proficisci, vt ignota eius frui  
 conspectu posset. Enimuero beatus ille,  
 iam quid futurum esset, diuinitus edoctus,  
 illi renunciari iussit in hæc verba: Si non  
 veneris huc, videbis me, & intelliges ex me,  
 quæ mihi Deus de te aperuit. Nec ita mul-  
 to post, per nocturnam illi quietem in so-  
 mno visus, omnia, quæ scire prius ex eo de-  
 siderarat, exposuit. Interrogauit illa & de  
 alia, pariterque quod quæsierat, pro desi-  
 derio didicit, quæ magnas super his gratias  
 egit. Tum se ab oculis illius subduxit. Hic

olim arido saxo aridum fici ramum defixit, fratribusque compellatis: vbi hie, inquit, floruerit, scitote me, Dei clementia, beata quiete positurum, germinauit ficus, fructusque, trigeminas caricas protulit, quas cum lacrymis beatus acceptas, osculatus est, Deoque gratis actis cum fratribus comedit. Octauo & vigesimo ætatis anno creatus Episcopus decennium in ea functione posuit. Rubæ verò annos sex; in Laura duodecim, in solitudine quadraginta octo versatus est, ita vt ad annum vitæ quartum supra centesimum peruenerit, ultimâ ergo senecta fessus obdormiuit in Domino.

### ANNOTATIONES.

*\* Ita lege  
in Concilio  
Oecum. VIII.  
ad oram.  
Narcissus  
enim Hie-  
rosolymi-  
tanus Epi-  
scopus.*

Idem factitasse legitur patriarcha \* Hierosoly-  
mitanus Narcissus, quem numerant XXX. qui relicto clam throno, quem annis XII. administra-  
rat, in loca prorsus ignota & deserta secessit. Se-  
cundumq; illum patriarcha creatus est Dius, post  
Dium Germanus, post Germanum Gordius, quo  
ad gubernacula Ecclesiæ sedente, rursus apparuit  
Narcissus, qui Gordio quoque mortuo superstes  
Alexandrum postea martyrem successorem sibi le-  
git. Act. 9. Concil. Oecum. VIII. Idem fecit Ioan-  
nes Chuzubira Cæsareæ pontifex, de quo supra.  
Idē narrat Io. Euiratus in suo Limonario de quodâ  
sanctissimo Episcopo c. 37. Itēq; alio c. 93. Prorsus  
illustria sunt S. Paulini Nolani antistitis, & Mauri-  
tius

eii Andegauensis, de quo Vincentius lib. 13. c. 15.  
De Archiepiscopis & Episcopis, qui ad religionem  
& Monachos transferunt, scribit Arnoldus Wion.  
Lege apud Cæsarium lib. 2. c. 29. & 28.

DE IUVENE QVO-  
DAM MARTYRE.

**B**Eatus hic Martyr & testis Christi, florē-  
ti ætate, patriâ Aegyptius erat, in castro  
Tenestino, Christianis parentibus natus,  
sacroque fonte tinctus, & in inculpatâ  
Christianæ fidei disciplina eductus, sed per  
animi inconstantiam ab hoste generis hu-  
mani circumuentus, ad Amiranum Sara-  
cenorum principem se cōtulit, vbi eierato  
Christo, cinguloque rupto, crucem pedi-  
bus conculcauit, gladioque distrioto inge-  
minauit lamentabilem illam vocem: Aga-  
renus, non Christianus sum iam ex hoc  
tempore. Et erat aliquo numero & honore  
aliquandiu apud Amiranum, & palatinos  
eius, nec quicquam de salute sua sollicitus.  
Sed parentes eius, vt filius in viam reduce-  
retur, assiduè numen precibus fatigabant,  
quorum Deus cum piam mentem, & con-  
stantes preces aspiceret, animum iuuenis  
immutauit. Venit ergo ad parentes, &: Ec-  
ce, inquit, Domini mei, dulcissimi que pa-  
rentes,